GRATIANUS

Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 29r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26228
Copyright: Admont, Benediktinerstift



De ordinandis et ordinatoribus. atque de singulis graduum distinctionibus et officiis superius tractatum est. Sed quia diffusius tractatum quedam precedentibus coherentia sub epilogo ad memoriam reducuntur. Debet autem ordinandus in epm. ut apostolus scribit sine crimine esse quod non solum de epo. sed de quolibet in electo preposito ecclesie oportet intelligi.

Sacerdotes autem et leuite. si incontinentes inuenti fuerint omni honore ecclesiastico debent priuari. ut Innocentius ac Syricius testantur. Si autem condignam penitentiam egerint. ea pacta. in proprio ordine repari poterunt. ut in gangrensi concilio declaratur.

Qui uero auiciis debent esse immunes. neque alienis debent consentire peccatis. Nam et symachus dicit. non est gerendis differentia. utrum letum. i. mortem. inferas propria manu. vel admittas consentiendo. qui et potest obuiare perversis. et non facit. fauet. nec caret scrupulo societatis occulte. qui manifesto facinori desinit obuiare.

Sollicitum quoque ac uigilantem oportet esse epm. circa defensionem pauperum. releuationem oppressorum. tuitionem monasteriorum. quod si facere contempserint. auctoritate beati aspere sunt corripiendi.

Hospitalitas uero in tantum necessaria est epis. ut si ab ea alieni inueniantur. ut beati ostendunt. iure ordinari prohibeantur.

Doctorem autem oportet epm esse. ne inferiores culpe in eum refundantur. qui officium docendi accepit. quod ecequi negligit. Indoctrina uero. sacre scripture debet auctoritatem preferre. non grammatice artis periciam ostentare. Non et in uno ore se cum iouis laudibus. Christi laudes